Dunikowsky ite Orzechowskien

Comparens personaliter coram officio et actis praesen. Castren. Prae-
misliensi Generosus Mathias Dunikowski a iure foro suis proprio qui-
buscunque recedendo praesenti iure Castren. Praemisliensi iurisditioni se suc-
cessores ac bona sua omnia quo ad actum praesentem incorporando, mente et
corpore sanus existens publice recognouit. Quia Generosa Helizabeth
de Plesowicze relicta olim Generosi Nicolai Orzechowski Notarii terrae
102 Praemisliensis eiusque successoribus Trecentos et quinquaginta flor. pecun.
monetae polonicalis pro nobili Falicer Los et [illegible] ratione arendae bonorum
Kupna quo ad annum praesentem certi debiti tenetur praesensque inscriptionem
se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit pro-
et festo sancto [illegible] virginis proxime et immediate venturo solu-
[illegible] coram acta praesentia Castren. Praemislien. exponere et solu-
[illegible] sub vadio similis summae Trecentorum et quinquaginta flor. pecun.
in defectu solutionis ad soluendum succumbendi. Nihilominus praefatus
Dunikowski se et suos successores super eisdem bonis suis obligat praefatam
inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Praemisliensia ante decursum anni
transferre transportare similiterque vel si opus fuerit meliorem re-
cognitionem facere sub simili vadio Trecentorum et quinquaginta flor.
pecun. Pro quaquidem summa vadioque praefatus recognoscens cum suis
successoribus citatus extra a iure foro suis propriis quibuscunque recedendo
coram Castren. Capitaneali Praemisliensi officio in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respondere, ac pro praefata
summa vadioque ab officio non recedendo omnibus exceptionibus, contumaciis,
praescriptionibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus, earumque
prosequutionibus, ad quietationem dilationem non potendo, poena trium marcarum et le-
galibus quibuscunque impedimentis, ac aliis omnibus generaliter dilationibus
iurisque remediis remotis et in parte rei victis satisfacere cum suis
posteris tunc quando opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri
in Praemisslie obstante.

Drohoiowsky arendat Mikulowskij

Comparens personaliter coram officio et actis praesen. Magni-
ficus Stanislaus Drohoiowski Castellanus Praemisliensis a iure foro
suis propriis quibuscunque recedendo, huic vero praesenti Castren. Praemi-
sliensi iurisditioni se successores bonaque sua incorporando publice recogno-
uit. Quia nobili Raphaeli Mikulowski et eius successoribus bona he-
reditaria sua nempe villam Mikulowicze quam habet ab eoque in summa
certa pecuniaria inscripsit et obligat cum omni iure dominio pro-
prietati pro summa certa pecuniaria iam ab ipso percepta de qua
praesenteque quietat ad finem secundam post dominicam quadra-
gesimalem Laetare proxime venturam arendauit et modo arenda-
uit. Dat et admittit eique iam eundem in bona praefata realem
interim et actualem pacificamque possessionem per ministerialem terrestrem quemcunque.
Et sic idem praefatus Mikulowski personaliter stando coram officio praesenti a iu-
re foro suis propriis quibuscunque recedendo recognouit. Quia bona prae-
fata sibi modo praemisso arendata non alio iure nisi arendae praesen-
tis arendae ad decursum superati temporis tenebit habebit et possidebit
post expirationem vero arendae praefata bona eaque libere dimittet in quo
praefatus Drohoiowski inquietabit, et nulla per eos violentia fa-
cit, Cui inquietationi praefatus Mikulowski contradicere non debet
sub vadio in originali inscriptione contento.

Actum in Castro Praemislien. feria quarta ante

festum Natiuitatis gloriosae virginis proxima Anno domini millesimo 7/IX
quingentesimo Septuagesimo quinto. Coram Magnifico Joanne Herbortt
de Fulstin Castellano Sanocensi et Capitaneo et Generoso Victorino Ko-
walski vicecapitaneo Dobrogostio Zapolski Notario Castren. Prae-
misliensi officio et actis

Carlo quiettat Srzemiawa 103

Comparens personaliter coram officio et actis praesen. Castren. Prae-
misliensi Generosus Nicolaus Carlo de Szczerzowicze vexillifer
terrae Praemisliensis, mente et corpore sanus existens a terrae districtibus
iuribusque suis quibuscunque propriis ac foro competenti recedendo, seque
successores ac bona sua omnia quo ad infrascripta tantum attinet iuris-
ditioni praesenti Castren. Praemislien. incorporando publice recognouit.
Quia Generosum Petrum Srzemiawa de omnibus et singulis processi-
bus iuris, per ipsum Nicolaum Carlo super praedicto Petro Srze-
miawa in officio Castren. Nouaciuitatis Korczin ad inscriptionem
Castren. Praemisliensem. Qua mediante praefatus Petrus Srzemiawa
eidem Nicolao Carlo de omni iure suo quorumque ipsum in bonis Podho-
rodze Orzecze [illegible] Lowcza wolia et Semilncza competebat re-
signauit, ac omne ius suum in ipsum vexilliferum transfundit.
modo quorumque ad eandem inscriptionem productis in quorumque puncto et
gradu iuris deponendo. generaliter omnibus quietat et liberum mittit
processusque praedictos eorum eundem cassat mortificat et in nihilum
redigit perpetue. Submittendo nihilominus ac se et suos successores super
omnibus bonis suis praefatus Carlo obligando, eundem Petrum Srzemia-
wa et eius successores ad eandem inscriptionem Castren. Praemisliensem
transfusoriam nunquam iure quorumque impetituros et inquietaturos
ratione omnium conditionum in eadem inscriptione contentarum nunc et
nuncque quarumcunque temporibus affuturis. Insuper praedictus Nicolaus
Carlo se et suos successores super omnibus bonis suis obligat, inscriptionem
praesentem Castren. Praemisliensem ex his actis ad acta terrestria Prae-
misliensia seu Crimbowliensia ante unius anni decursum transferri trans-
portare similiterque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere
sub vadio quatuor millium et quingentorum flor. pecun., per eundem
Nicolaum Carlo et successores praedicto Petro Srzemiawa vel
eius posteris ad soluendum succumbendi. Pro quoquidem vadio praefatus
recognoscens cum suis successoribus citatus, extra a terrae districtibus
iuribusque suis quibuscunque propriis foroque competenti recedendo, coram
Castren. Capitaneali Praemisliensi officio cui se actus praesentis re-
spectu cum bonis et successoribus suis subiicit, in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato
vadio satisfacere tenebitur vel sui posteri tenebuntur. Terminum
ipsum primum tanquam peremptorium et alios subsequentes terminos nul-
la re exquisita, vera vel simplici infirmitatibus, actionem pro ma-
iori non differendo, motiones cum appellationibus et earum prosequutionibus
ab officio nullas faciendo, ad quietationem ac ad munimenta quaerenda et
ad euictorem citationem sibi non reseruando, nullisque aliis modis
iuris coloribus exquisitis et exquirendis, bellis, eloquiis, conuentioni-
bus generalibus vel particularibus, litteris et decretis regalibus
seruitio militari et Reipublicae, siue sacra Regia maiestatis, absen-
tia a regno ac aliis omnibus generaliter legalibus impedimentis. poena